

Castano 13 Sponsus dicit: Me inter eius brachia tamquam captivum tradidi; ut vidimus alibi; ex Castano, qui Insinuat. divinar. lib. 1. cap. 4. 14. & 15. regerit, puerum Iesum, cum in ulnis ellet matris, totis conatibus nitentem in amplexus Gertrudis. Fictum olim, Amorem à Mosis captum, quamvis mater daret lyctum, noluisse redire ad matrem, ploris habens voluntaria præ amore dulcissimam servitutem: etenim quamvis vincula evadere posset, libertatem tenuit; quippequam Amoris præminio amore captivitas placet. Adifis Dionys. Lebeum-Bacillum, Emblem. 40. de quo etiam egimus, Tautolog. 1. D. 5. n. 7. Captus ab amore Gertrudis Christi amor vel in sinu genitricis; acceptis mutuo & emissis dilectionis igneis telis. Mutuat cum cordibus sagittas pectoris honor: non aliter nisi vulneribus magnus conciliatur amor. Hoc illius scitum opus.

Sine vulnere nullus Crescit amor: nullus crescit amantibus honor.

Hinc ex amore flammescit uterque, quippequam vulnere respondetur utrimque. Qui expectavit vulnera, vulnus habet: cuius dulcedo ita molect; ut in vincula, relicta matre, sese tradat captivum, quidem se tradit in sponsum. Non captivus, sed tamquam captivus Iesus traditur Gertrudis. Illa captivitas processit ex libertate; quia Gertrudis ita gratijs à sponso ornatur, ut sponso qui ceperat, caperetur. Capta captus. Capta iaculis amoris vixit in sponsi vinculis: illique tamquam captivus captivæ traditur; quia voluit præ amore, ut ab illa caperetur. Sic Deus naturam humanam eximie dilexit; ut Filium suum unigenitum daret, & servi formam acciperet. Habuit in servitium libertatem; sed subijit nimio amore servitutum. Subijit, quia voluit: summæ enim in sponsam dilectionis obsequium, sese illi tradi sponte tamquam captivum: igitur propter illam, ut amoris emineret magnitudo; qui in forma Dei habitus inventus ut homo. Ille naturam captivam fecit, quippe factus in similitudinem sponsæ. Aliter in Gertrude. Illa gratijs capta sponsi adipiscitur captivitatem; quia præ nimio amore facta in sponsi similitudinem. Hic est sponsæ splendor. Hanc celsitudinem ostendit Gertrudis amor.

14 Ingeniosissimè Paulus, cuius testimonio tanti amoris delicatè articulus. Semper enim (alloquitur Corinthios) nos qui vivimus, in mortem tradimur; ut &

(pro Etiam) vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Observa: Vivimus; & quia vivimus, in mortem tradimur. Singularis prorsum ratio vitæ, quæ vivificatur morte. Vivimus, quia sumus: non sumus quippe traditi mortis, non vivimus. Vivimus, quia noster habitus: morimur, ne in vita simus, quod sumus. Ut simus & non sumus, in vita quam habemus; quippe Christi vitæ vivimus, & dum non nobis vivimus morte viventes; vita Iesu manifestetur in nobis. Quo pacto manifestatur? Dum eius vitæ in vitali cursu vivitur. Ratio vitæ pender à corde, tamquam à vitæ radice: & nostra dicitur & non nostra, quia vivimus vitæ quia superiore spiritu respiramus, dum respiramus spiritu. Non nostra, quia Iesu traditur cor: nostra verò; quippe in nobis elucet vita Iesu: etenim ut constet mutua cordium excessiva dilectio; ille vivit in nobis & nos in illo. Plura diximus in rem, Tom. 3. T. 13. à n. 20. Vita nostra, & vita Iesu ostenditur nostra vitæ; ut ingenium amoris nimis clarifecit, ubi pectus vitali amore respirat: vitæque Iesu dicitur; nostra moritur (expresso summo amore proprio & alieno respiramine) quandoquidem ex se & sine se nostra dilectione vitæ; quippe vicissim commutata sunt corda.

At amor è geminis concinnat amantibus unum: Velle duobus idem, nolle duobus idem.

15 Complicemus ex testimonio Gertrudis insignia, ne plus iusto extendatur Didascalia; etenim Paulus profert nobiliora stemmata, dum Iesu notat stigmata. Fit cordium commutatio inchoat amore, ut vita Iesu manifestetur in nobis etiam in carne mortali. Si occulta Gertrudis vita, quomodo in eius occulta vita, vita Iesu manifesta? Vitam Iesu quinquè vulnera ostendunt: inquit Simon à Casia, tract. de Cruc. Signa (anime sanctæ signacula) vitæ Iesu sunt quinquè vulnera corporis; queis anime dignatè beneficio liberatis. Inpressio horum stigmatum, signum etiam amoris æstuantis cordium; & non solum tunc vita Iesu in illis imprimitur, sed etiam in gloriam manifestatur; igitur pater vitæ Iesu in mortali carne vivere, dum quinquè eius clara vulnera videntur impressa cordi. Præterea. Vita Iesu in corde habetur & etiam manifestatur: in vita quoque mortali, instans glorificatio, ac fovens pectoris flammam; ex quo summa diligens felicitas. Promitt Paulus, quod pervenire valeat anima amore, vel dum est gemens præ

1 Cor. 4. 11.

Unde & quomodo in Gertrude de vita Iesu

Oth. Van. Emblem. Amor. 3.

Et mani feltetur etiam in ipsa carne mortali.

Iesu vitæ, etiam stigmata cordi impressa.

præ carnis: equidem huiusmodi vulnerum stemmata, patent cœlestis beatitudinis pignora; quæ efformar in ampliore dilectionem dilectio, etiam quando in terra vivit homo; ductus flagrantis pectoris flammis: quippequam declarat excessum amoris cordis; stigmata Iesu pro vita in pectore habere, sed habere impressa magis in ista carne mortali. Exprimunt in mortali immortalitate vitæ, excudi in corde gloriosa vulnera Sponsi. Per illa cognoscit (sedente in corde & altè charismate) inflammata radijs mens, quæ fuerit in carne vitæ Iesu; ut de claritate in claritate transeat amor per speciem in miram transformationem, dum Iesu reddit imaginem: dicente Paulo, Iesu vitam tunc ostendi etiam in carne mortali; quoniam nequibat Gertrudis ostendere, vivere Iesu vitæ, si haberet cordi vel in carne mortali Sponsi vulnera impressa. Protrahere Sponsum usque in patriam huiusmodi amoris manifestationem, eximie amantis esset præ flamma cruciamenti. Totus eius honor in Gertrudis honorem. Ostendere per insignia cupiebat, quantum diligebat Sponsum, quin præ amore amplius distaret gratiam. Postior gratia, in corde Sponsæ figere stigmata; ut conformis imagini esset, in quam primum oculos pupa leyavit. Sategebatur gratijs, non solum amori respondere, Gertrudem honorari; sed maximis eledodijs dilectam honorificè insigurre: at, cum imprimere vulnera, maior eluceat demonstratio amantis; patent in corde Gertrudis, & etiam fide atque singulari, eximie demonstratio; quoniam cunctis manifestata in ipsa carne mortali. Sic claret pectus. Ex vulneribus fit vulnus: fertque nimio & excessivo amore.

Quis Gertrudem vel in vita glorificat

Clarea

Castano d. 2. cap. 6. Ibid.

Moritur radijs amoris, Manna simul.

Sapient. d.

nisi exiguo radio Solis. Sponsum in pectus traxit cœlo, & modò in cœlum trahitur à Sponso; rapta etiam amore ex radio Solis iustitiæ. Cor eius pro monti ostendit Christus. Amor olim vellitus fulgebatur cordibus; ut observat Brixiar v. Amor. n. 16. Unde alia ad decoram vellem iam defuncta Gertrude: Ex Theretiz pectore. Sic rexitur speciositas vestis, uti videbimus ex argumento seq. sectionis. O præclaræ virgines!

Amoris habitus ex cordibus.

Vos remanete, quibus facili Deus annuit auge. Sitis & in tuto semper amore pares.

Propert. 1. 1. v. 31.

DIDASCALIA IV.

Theresia, ut intensius amet, ignorat in amore quod cognoscit.

16 Mor, ut dixi, Didasc. preced. n. ult. vellitus erat cordibus, traditis à sponsi in splendorem vestis, uti claruit in corde Gertrudis, quod portavit Christus in pectoris oraculum; & Theretiz, quod ostentabat in titulum. At utriusque binum dumtaxat est cor: unde ergo Christi habitus totus ex cordibus est? Propter filias: innumere afferunt Regi virgines post eas. In Amoris ergo venustatem, corda in vestem & pulchrè quadrant ad unguem: igitur Christus in gloriosiore cultum, ornatur ad votum cordibus Sponsatum. Fiunt in Gertrude & Theretia, duo Cherubim aurei, productiles ex parte Oraculi. Utrumque latus Propitiatorij regant, expandentes alas suas, & operientes Oraculum: respiciantque se mutuo, versis oculibus in Propitiatorium. Ex Rabbini præmissi, Tom. 6. T. 7. D. 3. n. 6. malleum, quo Cherubim in formam humanam producti, cavam habuisse imaginem cordis: quapropter ut dilatarentur, recipientibus quemlibet idem; remanebat cor impressum. He præclaræ illustrissimæ virgines, se mutuo respiciunt, alis operientes oraculum, versis vultibus in Sponsum Propitiatorium, in cuius imaginem transformantur, & itibus ut Cherubim producantur: equidem si fedulo explorantur & monilia & ornamenta; nil aliud videtur nisi filiarum ardè devotorum corda. Nil mirum, si corda pro insignijs amoris induant, dum illarum virtutibus pulchritudo corda rapiat; ut illorum

Imago amoris.

Exod. 25. 18.

Gertrudis & Theretia cur Cherubim aurei & productiles

Habitus Cherubim Propitiatorij, cordium ornatas imagine.

In Vir. cap. 38. & 39. Ibid. & cap. 16. Hefius d. Embl. 150. Si pati. Theresia glorias cur agrè Spijs fer- tur abfen- tia. Greg. Mag. Stat. 6. v. 68. In Vir. cap. 19. Cantic. 8. 6. Unde illi Sponfi ab- idtia, pa- na, & gloria

in donis gratia signa: diligere & diligere stude- tantum in merita: igitur intelligens quid continebatur in amore, tantum intellige- bat, posse nihil intelligere. Plurē super illam intendit calamitates, tot subire labores, ut confiet, quem non intelligit, incendium pectoris. Unde sui oblita, dum tot charismatibus dignata, clamat: *Non est securitas, quandiu vivimus in carne. At quid de me mibi de te sollicita?* Charitas non quaerit qua sua sunt. Dumtaxat cordi, est cura de charitate. — *Sibi non sua querit amor. Non ut amor sibi seruet, amor sibi curata requirit.* Hinc ipsum de colis vellet habere Deum. Sit itaque, verum videtur se Theresia in amore querere, dum enixè Sponsum conatur aspiciere: agrēque fert absentiam, quam iurè appellat cruciament. Si anxie labores querit, in absentia habet laborem. Si pœna sollicitatur, de quo elanguens amore queritur Implicatoris loquitur. *Nolo requiem in hac vita* (dicit Sponso, ibid.) *ne concedas: at hac serua non valet tot ferre labores, quis quin te videam, ut videam, afficitur.* Ad labores prompta, debilis in absentiam; quippequam amore infirma, & viscera faucia. Exponit Gregor. Magn. in Job, lib. 20. cap. 28. *In hac peregrinatione (infit) omne quod sine visione Dei abundat, inopia est: quia cum omnia electi adesse vident; gemunt, quod omnium Auctorem non vident, eiusque totum minus est, quia adhuc species unius desit: siq̄ eos foris exultat gratia superna dispensationis; ut tamen intus reneat mœror magistra charitatis.* His ergo suavis penis, *Gloria mixta malis.* 7 Mala extrema & simul gloria? *Videatur anima mereri infernum, & concedatur gloria sanquam supplicium.* Videamus in verbis Sponsæ scopum eximie dilectionis Theresiæ. *Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus amulatio.* Explicatur amor summus & amor intensus. Amor intensus per dolorem; & summus per doloris voluntatem: morsque in vita dicitur, modò dilectum non videat exultans præ flammis cor; quippequam summè diligere, & præsentem non videre, non solum mors, sed acerbissima est. Siccine separat mors amara, ubi incendio calent viscera: igitur ita pondus gravissimum animæ; quod ita vivere, non sit vivere, sed mori, socijs & glorij & pœnâ præ amoris flamma: diciturque ut mors dilectio, absente à Theresia Sponso; quoniam illo in articulo perficitur ab amo-

ris grato vulnere, quod in vita mortali dicit nonnumquam paratur morte. *Hæc pœna & simul gloria mibi surripiebant mentem* (ait cap. 29.) *quin intelligerem huiusmodi societatem.* *Ab! quid non ex anima charitate vulnerata? Ubi summum ex dilectione mulcimen, patitur suavitè mortem: non enim præ absentia Sponsi vitam vivendo amitteret; nisi summè Sponsum amaret. Utique dilectio ut mors, sed dilectio fortis.* In morte, absentia halitus vitalis: & fortis dilectio dicitur, dum oculos fugit qui eximie amat; ut pateat doloris forma ex fuga Sponsi & absentia: siquidem exprimit cordis vehementiorem flammam, amore mori; & simul habere vitam. *Fortis est ut mors dilectio.* Quidni mors huiusmodi incendium; sed ut mors tantum? Ut mors sit, & non sic mors: mors, præ dolore absentia Sponsi: non mors, ut possit absentiam pati: igitur ab amante fortiter sustinetur, quod morte patitur; dum malis cruciament ex intensa charitate, in morte non posse mori. *Urque animus redijt, pariter redire doleres: Indignum, misera non licuisse mori.* 8 De huiusmodi in vita mortis articulo, ex doctrina Theresiæ, agemus latè, *Tautolog. seq. D. 2.* Modo in dolore præ absentia Sponsi, ut intelligatur societas & gloria & pœnæ: maxime cum ipsa dicat: *Non erat anima de dolore vulneris absentia Domini, igitur figuratur sagitta in penitiora viscera anime.* Quis intelligit hæc? Est gloria, cum validus dolor sit. Seruetur præfactum testimonium. *Fortis est ut mors dilectio. Dura sicut infernus amulatio.* Id est, amor intensus, qui zelus dicitur. At cur, ubi amoris eminentis mirabilis magnitudo, flamma vorax confertur inferno? Appositè. Ibi Deus non videtur, sed eius absentiam anima proiecta patitur: huiusmodique animæ articulus signatur præ dolore totus infernus; cum dolor summus, & cruciament summum sit, extremis pati dolorum, & pati in absentia Dei. Hæc pœna: unde gloria? Ex ipsa absentia. Mei eri infernum videtur, at gloria in supplicium datur; quippe anima existente in gratia Sponsi premitur fugâ. Præsentem videtur abesse, quia non videtur. Patitur, quia præsentia non cognoscitur: tantaque in amante pœna, meritò dicitur gloria (& quom sagitta transfadigitur pectus, minime curandum vulnus) quippequam summa gloria, ex absentia Sponsi, propter Sponsum, pati amore percussam totam infernum. Dolor, quia mœror: gloria, quia mœrendo gaudet: etenim præsentem Sponsum magis in absentia habetur; quando præsentem non

Ibid. Ibid. Maldon. Ovid. Epist. 15. v. 88. Ubi dudum. Cant. d. Cor huiusmodi cruciatum confertur inferni doloribus. Somni enim gloria, Spon- si prop- ter ipsi absentia pati.

fentitur. Quasi absconditur amoris animus, & tunc patet Deus absconditus, ingenio amoris in abscondito procellosæ tempelatis: etenim magis adhæret animæ, dum longius videtur fugere. *Vidimus eum, & non erat aspectus.* Quomodo si non aspectus, est vilios? Arte amantis efficitur: aspicitur maxime, ubi ut excitet amorem, fugæ specie non videtur. Quomodo in animabus sit votum videndi quod videt; diximus ex Gregor. Magn. Tom. 7. T. 5. a. n. 43. 9 *Delicias habui in absentia, novam accipiens à Sponso gratiam, sed processu in querimontam.* Ille dum à me magis absconditur, arctius amplectitur: ipsa ait, cap. 29. & 37. *Dicit Sponsum, quid in absentia sentiat Theresia pectus. Clamavit Iesus (de cruce) voce magna, dicens: Deus meus, Deus meus, ut quia dereliquisti me: Querulus clamat, vel exultat? Habet gaudium vel dolorem? An gaudet, quia præ amore patitur crucis venam? Si gaudet, quare de absentia dilecti, ut patiatur queritur? Quia non patitur. Magna voce: potius ostendisset non pati: cum tam validus, tam integer esse videretur, ut tanta voce clamare posset.* Patitur, quia maiorem crucem habet, ex Deitatis ad passionem quasi absentia. Non patitur, quia ex absentia amoris concessa gloria: equidem gloria insignis eius amoris; ita Numen amare, & ab ipso derelinqui. Pœna & gloria. Pœna declaratur per querulam, & gloria per vocem magnam, dum cum Pater magis iovit, ac honoravit; ubi quasi absens in passione dereliquit: de quo quidem & glorior & queritur; igitur diriorem efformavit passionis crucem, sic derelinqui, & Deum habere præsentem. *Ostendebat se vivere: infit Gislandis in Palm. Dub. 68.* Christus Numen diligens, in eius obsequium mira tota vitæ gessit: sed dilectus Pater vultum in solamen abscondit. Grave profectò in angustia amicum querere, & ab illo derelinqui: vivereque magnâ voce proficitur, dum ita in agone derelinquitur; quippequam poterat, dumtaxat qui amiserat vitam, in acriore fatili crucis labore, non sentire Dei absentiam. *Vigilant Hispani: Solo in muerro podia no sentit el desamparo.* 10 *Aptatur facile huiusmodi articulus dilectioni Theresiæ: equidè uti magna à Sponso amante cognoscitur, & dilectâ (ut plus diligit, & simul diligitur) derelinquitur.* Queritur de solitudine, dum præ dolore eget plus Sponsi societate. *Vado & venio ad vos: dilectis dixit discipulis.* Theresiæ cum amore dolor viscera torquet, quippe in tanto mœrore vadit Sponsum, sed non venit: patiturque eius

non videre faciem, vel dum cognoscit præsentem; seseque cognoscit minime derelictam, quamvis patiatur absentiam. Patitur, quippe dolet: nec dolet, quamvis patiatur, quoniam articulo absentia ex dolore cordis, oritur amoris gloria, dum anxio pectore amplior ostenditur fides. Potius dicemus de Theresiæ animo, quod Petronius in *Satyric*, pag. 33. de quodam, amore percito. *Singulitibus crebris amabile pectus quassaverat. O facinus indignum! Anno te quamvis reliquis: & in hoc pectore quom vulnus ingeni fuerit, cicatrix non est.* Quid peregrini amoris concessio? Dignus hæc iniuriâ fui? *Postquam se amari sensit, cor supercilium altius sustulit? Procul este profani.* In Theresia pectore probatio dilectionis exhibitio est operis. Sed quale opus? Præter eius erat dilectionis virtus. Delicabo. Vide- re Sponsum, animæ sanquam suave delictum; verum amoris non maius exemplum. Vistum in amore Petri. *Tecum (ait) paratus sum & in carcerem & in mortem ire.* Non dicit, *Proprie te, sed tecum.* Ah! Amor accepit vulnus, quo pectus apparuit faucium; ut Christus avertit vulnum. Christi ab oculis absentia, cordis adstantis fuit plaga. Maior amor, ubi dolor. Potius est se sequi, quam Sponsum; ubi anima in amoris ludium aucupatur aspectum. Est opus incipientis amare præ nimia amoris tencitudine. Ignis plane flagma moris, verum non amoris fortis; cuius insigne; a dilecto derelinqui, & anxie sequi. Debet utique anima de absentia dolere Sponsi; sed non ab amore cadere. Non curat anima de dolore vulneris, et si hæreat acre vehementer telum in medio pectoris: equidem amoris excessus excitat præ magnitudine ingentem ac mirificam flammâ; ut possit valide, quinimò exoptet etiam relicta, dilecti subire absentia. 11 Insigne amoris stigma claret Theresiæ, quod fuit iam perfecta Sponsæ. *Leleulus ergo storiatus.* Dum designat Sponsum, designat lectum; ut promat amorem: igitur dumtaxat in Sponso congruit habere requiem. Ibi querit quem diligit. *Vtrum quid? In lectulo meo per noctes (inquit) quæsiot quem diligit anima mea; quæsiot illum, & non invenit.* Qui querit invenit: dilectus sese abscondit: & ut plus diligitur, vel præsentem non invenitur: meditanterque se ab oculis subtrahit; ut videat, quomodo Sponsa in absentia sese gerit, an vigilet, an dormiat, an surgat, ac sine Sponso requiescat. Surrexit, quasi- vit, sed nec obsequijs & officijs invenit. Unde cuspidè urgentis amoris faucia, re-

Ibid. 33. 2. In Vir. Math. 27. 46. Maldon. Magna, a dilecto relinquit, & illam intencie amat. Ubi dudum. Cant. d. Gisland. Ioann. 14. 28.

Petroff. Erga Is. si, quod nã sum mium ab sequimur Theresiæ. Luc. 22. 33. Cont. 16. 69. Cap. 30. 1.

Cap. 8. 1. currit dolens ad vota. *Quis mihi* (proferet) *det te, ut inveniam te foris, & ascensur te?* *Apprehendam te.* Apprehendit, de presentia intime gaudet, quippe iam quieti: etenim *leva eius* (subdit) *sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*
 Verf. 3. Sic? At ab amante auditur contraria vox: *Fuge dilectio mi.* Varij sunt affectus amantium, quia cito cadunt; ut inquit Seneca, 1. de Ira, cap. 16. Quomodo quod Sponfus fugiat, si fuga gravat; impallitque ut hinc inde absentem quaerat? Quia se diligere cognovit supercilium altius sustulit? Abscondi cupit, qui fugientem anxie quaerit: Quid & quem quaerit, si fugere placet? Unde mutantur affectus situantis pectoris? Ex amore exiguo, & magnitudine amoris: igitur ut exiguus se in Sponso quarebat tantum, & uti magnus dimittat inquirebat Sponsum: quandoquidem eius absentia, esto vulnus in pectore, erat sine cicatrice, ostentatione magnitudinis in ampliore acerbitate doloris; quoniam in amore perfectio & adulto insigne, à Dilecto relinquunt, & simul Dilectum sequi: Amare intensius, dum cadit afflictus animus: praevaleat vulneribus: igitur ita valida flammam virtus; ut fugere Sponsum optet, ut constantiam fidemque amoris ostentet: iam enim vel in absentia Sponsi possidet gratiam; ut ex amore in amore valeat tolerare absentiam. Quid si presentem amat? Amor magnus sine excessu non quiescit; & quae praesentiam desiderat, propter ampliolem gratiam, gratiae praesentis in absentia fugam optat; quippe maior dilectio, ut le in Sponso non quaerat, sed in se quaerat Sponsum, flabello absentiae, cordis excilians incendium: siquidem nascitur occasione ostentationis magnitudinis amoris, sine ostentatione magnitudinis: fidei enim pectoris claret insigne, à Sponso quasi latente relinqui, & Sponsum sequi & obsequi.

Unde etiam
 cer ext
 mine au
 amor

12 Exponamus quid de huiusmodi articulo indicetur à Sponso. Est enim maxime scienti desiderabilis: invenire intendit foris Sponfa, dicens: *Ibi me docebis.* Latificabit in gaudio cum vultu tuo. Longè dictata à Sponso. *Averte, nimirum, oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt.* Anima desiderat in nocte: ut in tenebris videat, Sponsum videre cupit: in solamen microris continuo apparet, exultantque Sponfa quiescit; quoniam nutritur eius dilectio praesentem Sponso: hincque ut cum illa permaneat, praecipit quod à se oculos Sponfa avertat; quippe ni averterit, ab

oculis avolabit? Utrique. Cum ille sponte veniat; datur audacia, respicere in faciem Christi sui? Datur & quid ad praesentiam ex absentia docetur; ut amor non sit infans, tener, pupus, quasi recens natus, sed gigas statura magna, per obsequia in Dilectum, eius constantem statura. Respicit Sponfa Sponsum in solatium: verum non Sponsi nec amoris obsequium, continuo videre Sponsum; etenim à femita recta dilectionis deviat, modo non viderit: & ut continuo videat, videnti praecipit, quod oculos à delicijs avertat; quoniam plerumque anima non semper aspiciunt, quia videre semper volunt. Ratio subest. Quae ducta aspectus dulcedine, praesentiae fatigat; sese quaerit: intendit profecto frui, non pati: perfectaque charitas, Sponsi tantum voluntas; quae decernit interdum pati, interdum frui: jubetque avertere oculos; quoniam praesens ab oculis avolat; ut illa non se sed sponsum in Sponso requirat. Philautia saepe animabus dierrimen, & saepius crimen: dexteritate est opus, ne labantur in huiusmodi errorem.

Dura pati diletit plurima, quisquis amat. Achill. Boech. 15.
 13 Quaeque fugientem lesum Theresia: semper forsium eius flamma, à qua Sponsus oculos non avertit; eò quod à delicijs Theresia studiosè avertit oculos. Non se quaerit: intendit pati, non frui: ut vivat, incumbit mori. Amor probatur vulnere atque doloris mulcimine. Apud eundem, Symbol. 11. legitur:
Hae adhs, & totam me dulcibus obrue flammis,
Trahae sexcentis praecordia nostra sagittis:
Vulnera, adure, neca: sic sic ruat usque perire.

Ista mihi longè est vitâ mors dulcior omni. Liqueat in Sponsi absentia voce doloris, quem signatur in vulnere origo vulneris. *Non ego quae mea sunt, non quae à te quaerere novi.* Hefus, d. v. 3.
 Ovid. — Placidam de corpore nata
Miraturus erat, nasci potuisse columbam. Non mira quantumvis singularis species, dum mortua telis amoris. Illam innumerè comitantur aves, ob insignia pulchritudinis obsequio caelestis Veneris; de quo in

Quae de
 licias in
 Sponso
 caelesti
 quartis,
 non quae
 ris Spon
 sum.

Achill.
 Boech.
 15.

Delicia
 Theresia
 amoris
 non in
 delicijs.

Idem.

Hefus,
 d. v. 3.

Tom. 17
 4.
 Quomodo
 da in 18
 si absen
 tia, locu
 ator pe
 ctoris
 flamma?

dium inter tenebras relinqui. Dicere valet quod Sponsi charitas, ut amor cordis extulter ad currendam viam ut gigas. *Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam.* Opus fuit amoris, quod deperibat: & post consummationem, aliquid restat quod faciat; ut ostendat quantum diligat: etenim si amor, erga praesentem Sponsum, ignem demonstrare pectoris; absentem sequi & amare, erat excessus amoris. Post fidei cordis flagrantis per plagas consummationem, Theresia exhibuit in amore summum. Toleravit pra amore vulnere: excelluit cordis eximie diligentis constantia. Consummatum opus fuit, sed ultra operandum est: in summo est plus. Consummat opus, & aliquid in consummationem restat: igitur restabat perfectiori charitati, subire absentiam Sponsi. Ab illo avertit oculos; ne aspectu evanescente, percat aspectus: etenim quando praesens non sentitur, nec cognoscitur; praesentia in absentia habetur.

14 Claret per amorem vita, sagittarum mortis pharetra; retendit arcum charitatis, & in cor paravit vasa mortis. *Mandragora dederunt odorem suum.* A Maxucud. in *Genes.* 30. 14. dicuntur *Flores amoris.* Incubriant, soporant: & ubi odor nimis, vitalis tollitur halitus. Unde Theresia quibat suffocari vita, nisi floribus amoris, quo perperim inebriata? Fulcitur floribus, fulcitur iugibus, revaluit languore cor. *Mandragora* ne dederunt odorem suum; quia fecit amoris flamma, quae tempore mors factura. Sicine vivens haeret Sponso: *Fortis est ut mors dilectio.* Ubi fortis, haud à morte halitus suffocatur vitalis. Non fati introducitur dolor, quando pro morte sufficit amor. Columbae forma, amoris ecce le itis summique figura. *Ioann.* 1. 32. Vide Pier. Valer. lib. 22. cap. 4. In specie columbae ad caelum advocat anima dulcis Theresia. Apposuit apud Ovid. 7. *Metam.* fab. 12.

Ovid. — Placidam de corpore nata
Miraturus erat, nasci potuisse columbam. Non mira quantumvis singularis species, dum mortua telis amoris. Illam innumerè comitantur aves, ob insignia pulchritudinis obsequio caelestis Veneris; de quo in

Cor eius
 in sepul
 chro mo
 veatur.

Ephemerid. 2. *Februar.* n. 6. Iam requievit volans in caelum casta columba; sed adhuc ex motu cordis perfluit amoris flamma. Cor sine motu moveretur. Quae ab amore Theresia non cogitantur? Urget necessitas? Utrique. Quid novi? Moveretur in gratias. Vide ingenium vel dum habitat sepulchrum; quo Davidis exposuit testimonium. Estne in eius servitibus vulnus dolori? Quid illa? *Ego clamavi.* Est prodigium in urna sepulchri, quippe clamor auditur sine voce. Hinc votum, *Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea.* Gressus sine motu morantur; quia ita gressus Theresia in dona afflictionum perhincitur: igitur ita sellinat, ita in auxilia volat, ut moveatur ad gratias respondens voto, quin moveatur è sepulchro.

Ipsa tuos quum ferre velis per lilia gressus, Nulli sternuntur levtori pondero flores.

15 Vidi in Curia & volupe ita coloribus elaboratam tabulam; ut contra directa oculorum acies imaginem aspiceret Salvatoris: Gertrudis effigiem, si ex latere dextro: è sinistro autem, Theresia duxerat apparebat imago. Quod factum colore, aptius opus artine charitate. Iesus invenitur in corde Gertrudis. Haud abest à Theresia habitaculo pectoris: etenim pra amore nimio, *In anima sedebat Sponso dulcis imago.* Adolescentula virginis dilexerunt te, attraxerunt te: ait Ambrosius de *Virginib.* lib. 1. Diligentes diligis, & erga illas apponis incunde cor. Nimis diligendo attraxerunt te. Sursum illarum ascendit charitas, & desursum trahens descendis ad illas. Anima utriusque sagittis amoris tabescebat, ut dumtaxat deperibat, cor charitate flagrabat: & dum alis dilectionis ascendunt singule & usque ad caelos; alioquin illarum pluitò descendis usque ad abyssos. Claret quod volans ignis pervenerit, si cor ardet. Dicam ex Manil. d. à v. 123.

O fortes anime, dignataque nomina caelo, Corporibus resoluta suis! Terraeque remissa
Huc migrant ex orbe, sumumque habitantia caelum,
Aetherei vivunt annos, mundoque fruuntur.

In Viri cap. 37.
 Ambro
 Theresia & Gertrudis quum studeat

Psal. 16.
 à 5.

Tolan m
 rificia
 gratias.

Petrus,
 d. v. 14